



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Onuphrius Conf. 12. lunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

370 VITÆ SANCTORUM. 12. Junii.  
minæ Episcopo tertium visus monuit, ut  
communis causæ patrocinium Constan-  
tinopoli apud Imp. susciperet; simul et-  
jam indicavit, quo loco ossa sua, &c unà  
volumen, in quo D. Matthæi Evange-  
lium exaraverat (nobilissima cimelia)  
reperiaret. Et verò utrumque in honore  
habuit Zeno Imp. & corpus templo au-  
gusto honoravit, volumen verò auro in-  
clusit, rectè gemmam esse ratus. Ex act.  
*Apost. Baron. & Lipp.*

*Agnosce dignitatem tuam, & divina  
confors factus naturæ, noli in veterem vili-  
tatem degeneri conversatione redire: me-  
mento cuius capit is & corporis sis mem-  
brum, & quia erutus de potestate tenebra-  
rum translatus es in Dei regnum & lumen.  
S. Leo. serm. de Nat. Dom.*

S. ONUPHRIUS CONF. 12. Junii.

**O**NUPHRIUM toto hirsutum corpore,  
& rara humani cultûs retinentem  
vestigia, poterat sanè silvarum mon-  
stris, & Satyrorum generi accensere  
Paphnutius, si in extérnâ specie substi-  
tisset. At ubi congressus vitæ genus mo-  
resque didicit, dubitavit hominémne po-  
tiùs an Angelum diceret. In Thebanâ  
regione monachum indutus, cùm de A-  
nachoretis fando accepisset, egressus in  
loca sola Angelum viæ comitem habuit.  
Natus deinde novi instituti magistrum,

in

12. Junii. VITÆ SANCTORUM. 371  
in tugurium palmâ inumbratum deduc-  
tus est. Inde illi cibus , menstruo pro-  
ventu ; panem & aquam Angelus affe-  
rebat quotidianus minister. Octavo  
quoque die , ut delicatius vesceretur , is  
quoque , quem propriè Angelorum pa-  
nem appellamus , majore pompâ , & de-  
bitâ Numini est adveyetus. Et potuit  
credo O N U P H R I U S hâc Cælitum a-  
micitiâ beatus hominum oblivisci : certè  
septuaginta totos annos mortalem non  
vidit , donec , quem nominavì , Paphnu-  
tius Dei jussu moriturum invisit , ut è  
silvarum latebris tam rara virtus eo proe-  
cone protraheretur in lucem. Mortuo  
Angeli cecinere lessum : palma & casa  
quasi desiderio viri , & alium quemcum-  
que dominum indignantes procubue-  
runt. Quid ad hæc nostra juventus , mori-  
bus juxta capillisque luxuriantibus in  
Nabuchodonosorem citius , quàm O-  
N U P H R I U M degeneratura? Ex vit. PP.

Comas aut uestes supervacuas curare ,  
vel infelicium est , vel injustorum. Nam  
quid est talibus expectandum aut suspican-  
dum , nisi ut lascivus ille ornatus feminas  
præteremtes invitet , aut alienis matrimo-  
niis insidietur ? S. Bas. de Leg. lib.  
Gent.

A a z      S. PE-